IOHANNES DE TURRECREMATA

Süddeutscher Raum, 1477 Seite 42r

Quelle: https://manuscripta.at/?ID=31292
Copyright: Stams, Zisterzienserkloster





Que labia dolosa sequuntur adversus iustum xpm
iniquitatem irridentes crucifixum condempnantes tanquam
purum hominem et peccatorem in quo peccaverunt primo
in superbia quia creatorem suum contempserunt 2° in ab-
usione quia eum cui plurimum debebant ratione benefici-
orum crucifixerunt

Ista cernens propheta et admirans ait O quam magna multi-
tudo dulcedinis tue deus o quanta gloria in futura beatitudine
disposita est electis tuis plane inestimabilis et incompre-
hensibilis quam modo abscondisti in temetipso ut plus desi-
deretur in futuro vero patebit

Quam dulcedinem modo absconditam consumabis
in aperto in futura vita his qui usque in finem perseveran-
tes te expectant qui in conspectu hominum non erubescunt
confiteri quod credunt sed fidem suam libere confi-
tentur

Coram facie tua que nunc abscondita est hominibus
tanta pace et quiete fruentur electi tui ut ab omni humana
perturbatione imperpetuum sint securi

Sicut electos tuos in futuro abscondes ita nunc

In tabernaculo i. ecclesia militanti in qua militiam
exercemus proteges a contradictione linguarum omnium
scismatum et heresum que contradicunt veritati xpristiane
doctrine In ecclesia enim invenitur defensio secura ab huiusmodi
contradictione linguarum

Quia tot facit sanctis suis Benedictus dominus quam
mirabilem fecit miram suam in me in civitate iherusalem mu-
nita tunc quando me ibi et docere et miracula facere ibi
etiam pro hominum salute mori voluisti ibi quoque gloriam resur-
rectionis mee ostendisti ut merito dictum sit quod in ihe-
rusalem potentia tua miram suam miram fecit ubi de-
clarare tam ingentia sacramenta delegisti

Ego stupefactus cum in me horribiliter videi